Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

filij addo prophetantes ad iudeos qui erant in
iudea et hierlm in nomine dei israel Tunc surrexerunt
zorobabel filius salathiel et iosue filius iosedech
et ceperunt edificare templum dei in hierlm et cum
eis prophete dei adiuuantes eos. In ipso tempore
uenit ad eos tatannai qui erat dux trans fluuium
et starbuzannai et consiliarij eorum. sicque dixerunt
eis. Quis dedit uobis consilium ut domum hanc
edificarentis et muros hos instauraretis. Ad
quod respondimus eis. que essent nomina hominum
auctorum illi edificationis. Oculus autem dei eorum
fuit super senes iudeorum et non potuerunt inhi
bere eos. Placuitque ut res ad darium referretur
et tunc satisfacerent adversus accusationem illam.
Exemplar epistole quam misit tatannai dux re
gionis transfluuium et starbuzannai et consilia
rios eius apharsacei qui erant transflumen
ad darium regem. Sermo quem miserant ei sic
scriptus erat. Dario regi pax omnis. Notum
sit regi isse nos ad iudeam provinciam ad domum
dei magni que edificatur lapide ipolito et ligna
ponunt in parietibus opusque illud diligenter exstruitur
et crescit in manibus eorum. Interrogauimus ergo
senes illos et ita diximus eis. Quis dedit uobis
potestatem ut domum hanc edificarentis et muros
instauraretis. Sic et nomina eorum quesiuimus ab eis
ut nunciaremus tibi. que scripsimus nomina eorum
qui sunt principes in eis. Huiusmodi autem sermo
nem rescripserunt nobis dicentes. Nos sumus
serui dei celi et terre et edificamus templum quod
erat exstructum ante hos annos multos. quod
rex magnus israel edificauerat et exstruxerat prius
quam autem ad iracundiam prouocauerunt patres
nostri dominum celi et tradidit eos in manu nabuchodo
nosor regis babylonis chaldei. domum quoque
hanc destruxit et populum eius transtulit in babylo
nem. Anno autem primo cyri regis babylonis
cyrus rex posuit edictum ut domum dei edifica
retur. Etiam et uasa templi dei aurea et argentea
que nabuchodonosor tulerat de templo quod
erat in hierlm et asportauerat ea in templum baby
lonis protulit cyrus rex de templo babylonis
et data sunt sasabassar uocabulo. quem in prin
cipem constituit. Dixitque ei. Hec uasa tolle et
uade et pone ea in templo quod est in hierlm et domus
dei edificetur in loco suo. Tunc iratus sasabassar
ille uenit et posuit fundamenta templi dei in
hierlm et ex eo tempe edificatum usque nunc et nec
dum completum est. Nunc igitur si iudetur regi bonum
recensetur in bibliotheca regis quod est in babylone
utrum nam a cyro rege iussum sit ut edificetur
domus dei in hierlm et voluntatem regis sup hac
re mittat ad nos. Tunc darius rex precepit et
recensuerunt in bibliotheca librorum qui erant re
positi in babylone et inuentum est in hecbathanis
quod est castrum in madena prouincia volumen unum
in quo scriptus erat in eo commentarius. Anno
primo cyri regis cyrus rex decreuit ut domus
dei que est in hierlm edificaretur in loco ubi imo
lent hostias et ut ponant fundamenta sub
portanda altitudinem cubitorum sexaginta et la
titudinem cubitorum lx ordines de lapidibus
ipolitis tres et sic ordines de lignis nouis
Sumptus autem de domo regis dabuntur sed et
uasa templi domini aurea et argentea quem nabucho
donosor tulerat de templo hierlm et attulerat
ea in babylonem reddantur et referantur in templo
in hierlm in loco suo. que et posita sunt in templo dei
Nunc igitur tatannai dux regionis quem est transflu
men starbuzannai et consiliarii uestri ac phar
sacei qui estis transflumen procul recedite
ab illis et dimittite fieri templum dei illud a duce
iudeorum et a senioribus eorum. Domum dei illam edi
ficent in loco suo. Sed et a me preceptum est quod opor
teat fieri a presbiteris iudeorum illis ut edificetur
domus dei. Siquidem ut de archa regis id est ut de
tributis que dantur de regione transflumine
studiose sumptus dentur uiris illis ne impedi
atur opus. Quod si necesse fuerit et uitulos et ag
nos et hedos in holocaustum dei celi frumentum
sal. uinum et oleum secundum ritum sacerdotum qui sunt in
hierlm eis per dies singulos ne sit in aliquo quem
mouea et offerant oblationes deo celi orentque
pro uita regis et filiorum eius. A me igitur propositum
est decretum ut omnis homo qui hanc mutaue
rit iussionem tollatur lignum de domo ipsius et eri